Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sūt cordē Mea aūt pene mo
ti sūt pedes · pene effusi sunt
gressus mei Quia zelauī
super iniquos · pacem pecōr
antes Quia non est respec
tus morti cor · et firmamen
tū in plaga eorū In labore
hominū non sūt · et cū hominib;
non flagellabūt Ideo tenui
t eos superbia · operti sūt ini
quitate et impietate sua Po
uerunt quasi ex adipe iniqui
tas eorū · transierūt in affectū
cordis Cogitauerūt et locuti
sūt nequitiam · iniquitatem
in excelso locuti sunt Po
suerūt in celum os suum
et lingua eorū transiuit in
terra Ideo conuertet plus mis
hic · et dies plenī inuenient
in eis Et dixerūt quo scit
deus · et si est scientia in excelso
Ecce ipi peccātes et habūdan
tes in seculo · obtinuerunt
diuitias Et dixi ergo sine
causa iustificauī cor meum
· et lauī inter innocentes manus
meas Et fui flagellatus
tota die · et castigatio mea in
matutinis Si dicebam nar
rabo sic · ecce nationes filiorū
tuorū reprobauī Et existima
bam ut cognoscerem · hoc labor
est ante me Donec intrem
in sanctuariū dei · et intelligam
in nouissimis eorū Verum
tamen propter dolos posuisti eis
· deiecisti eos dum allenarentur
Quomodo facti sūt in deso
lationes · subito defecerūt pe
rierūt propter iniquitatem suam Velut
somnium surgentium · domine i
ciuitate tua ymaginem ipsorū
ad nichilum redigis Quia
inflamatum est cor meum et renes
mei commutati sūt · et ego ad
nichilum redactus sum et nescium
Ut iumentum factus sum
apud te · et ego semper tecum
Tenuisti manum dexteram
meam · et in voluntate tua deduxisti me · et cum gloria suscepi
sti me Quid enim mihi est in celo
· et a te quid volui super terram
Deficiat caro mea et cor me
um · deus cordis mei · et pars
mea deus in eternum Quia
ecce qui elongant se a te pe
ribūt · perdisti omnis qui for
nicantur abs te Mihi aūt
adherere deo bonum est · ponere
in domino deo spem meam